



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

II. In causis super rebus spiritualibus non ets iuramentum de calumnia  
praestandum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO CHRISTI 1179. coepiscoporum nostrorum \* Areanæ & Senonensis ecclesiæ nuper fecimus, quoniam eorum voluntati & postulationi annuimus.

C A P. II.

Item Eugenius tertius Cardioni Romanæ ecclesiæ subdiacono,  
¶ \* magistro Omnibono.

\* Magno

Literas benignitatis tuæ benigne accepimus, in quibus vtrum in causa, quæ vertitur inter venerabilem fratrem nostrum G. Bononiensem episcopum, & dilectum filium nostrum Paduanum abbatem, sub vestro examine iusserandum de calumnia præstari conueniat, requisisti. Sane Romana ecclesia, in quibus causis de decimis ecclesiistarum & rebus spiritualibus tantum agitur, iuramentum calumniæ nec dare, nec recipere consuevit. Et quidem huiusmodi causæ non ex legum distinctione, sed Canonum æquitate finem debitum sortiuntur. Canones autem iuramentum calumniæ nulli prorsus indicunt. Vnde de iuramento calumniæ præstando contentione dimissa, ad ultiora fraternitas tua procedat.

C A P. III. Idem.

In pertractandis causis iuramentum de calumniæ non passim exhiberi præcipimus, sed cum fieri sinimus, & causa, & principalium personarum qualitate diligenter inspecta, quandoque per principales personas, quandoque per economos sibi indultos, qui causam omnino non nesciunt, in anima principalium personarum præstari iubemus.

C A P. IV.

Idem R. Marabensi & Anemensi episcopis.

Imperatorum sæcularium leges, & ecclesiasticae patrum constitutiones, viros religiosos in omnipotentis Dei servitio protegunt & defendunt, & nullam eis molestiam, vel turbationem, quæ sacro ordini contradicat, irrogari permittunt. Accepimus autem quod quidam causidici de terra vestra, occasione decidendarum litium, quæ aliquando solent emergere, ab abbatte & fratribus Franciæ uallis iuramentum de calumniæ, sicut ab aliis hominibus, exigebant: quod quidem inter fratres eiusdem ordinis inus-